

Cum enim Haicana Natio magnam partem per ipsos
primum Apostolos Bartholomaeum et Thaddeum,
corumque Discipulos ad fidem in Christum conver-
sa, usque Sub Rege Sanatrughio martyrio coronatis
ad priscinam Idolatriam relapsa, post ducentos
demum et sex annos universa una cum Rege Tiri-
date à S. Gregorio gentis suæ Illuminatore ad salu-
tarem fidem reducta sit, adeoque primis statim
post Christum natum seculis Christianam Religionem
coluerit, eandemque per tot secula sub ærumnis et
afflictionibus gravissimis constanter retinuerit,
cum antiquam Bibliorum sacrorum versionem nobis
exhibit Theologis, ac verbi Hirini scrutatoribus
commendatissimam, cum et historiam tradit Eccle-
sia Christianæ præprimis Orientalis, Conciliorum,